

Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

828. Papiery rodzinno-majątkowe Michała Żarskiego. 1814-1834.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

29962

850

M.

N 4237 p. 29 April 1877



Zarski H

Copia simplex: Actus obsequiationis substantia post fata olim Josephi Zarski in villa Okno Circuli Tarnopolensis subsecuta derelicta per infrascriptum Caarium in pago Okno Circuli Tarnopol die 14^a Mensis Aprilis Anni 317. assumptus. I^o Nomen, Cognomen, Character et status defuncti, videlicet, num coelebs, uxoratus, vel viduus fuerit? Defunctus olim Josephus Zarski, fuit viduus, circiter 34. Annor. aetatis suae - II^o Domicilium defuncti ordinante morte - die 2^a Aprilis 317 A^o in villa Okno III^o Nomen illius, qui casum mortis Caario detulit et quando - P. Erasmus Lyburt Praepositus Proxymatoriensis sub Prae. 9^a Aprilis 317. N^o famerialis Prothocollis 141. V Num demortuus vel ab intestatu discesserit. VI Nomen eius, perstitit nescis conjugis, tum an iure aduitalitio gaudeat nec ne & VII^o Proles defuncti maiores eorum nomina et ubicatio a Adalbertus filius Annor. 35 in Villa Czeremchow Circuli Kolomye: degens - b Catharina filia nupta Thoma D Mosiozy C. P. Officiali telmonati in villa Kataroworka Circuli Tarnopol: commorans Annor. 31. aetatis suae c Marianna filia nupta Augustino Hermanowski Annor. 30. in villa Proxyska Circuli Tarnopol. ubicans - d Michael filius annor. 28. in oppido Przemyslany Circuli Proxymatoriensis degens - e Agnes filia nupta Josepho Dobczynski Annor. 27. in villa Poznanka Circuli Tarnopol. degens. - f Franciscus filius Annor. 26. in regno Poloniae exercitu polonico degens, cuius domicilium ignoratur - g Casimirus filius Annor. 25. Leopoli C. P. Auscultator Tori Nobl: domicilians - VIII Proles defuncti minores cum earum nominibus, aetate et ubicatione - a Thecla filia 24. annum gerens virgo, penes suam sororem Catharinam Mosiozy in villa Kataroworka Circuli Tarnopol: ubicans - b Petronella filia 17. annor. penes suam sororem Agnetham Dobczynska in villa Poznanka Circuli Tarnopol. commorans - c Wladislaus filius Annor. 16. Scholas normales in Proxymany frequentat. IX Cui tutela minorum consistat ferri queat et quare? - Pro tutore conformiter lege proponitur natus maximus filius Adalbertus Zarski in villa Czeremchow Circuli Kolomye degens X^o Proximi consanguinei defuncti, tum eorum nomina et domicilia - XI An

substantia relicta sit et in quo generatim consistat? Substantia relicta
consistit in certa sorte in villa Zaremchów Circuli Kolomyj. consuetum
jure hereditario ad defunctum spectante - certa S^a in C. R. Officio Depositor.
Fori Stanislavopol: ex Massa Josephi Korczynski defunctum respiciente -
tum suppellectilia domestica. XII Cui administratio substantie interin-
malis precomissa, quomodo et quare? Administratio interinmalis substantie
confisa habete D^o Josepho Dobczynski defuncti generi ex eo, quod hic
in propinquitate Deget - XIII Num arcta obsignatio vel tantum in sig-
num Jurisdictionis peracta sit? Obsignatio in signum Jurisdictionis lata
suscepta sit ex eo, quod mobilia remansa partim quotidiano usui ne-
cessaria, partim qua corruptioni obnoxia - XIV^o Utrum defunctus tutelam,
Curatelas aut bonor^u Administrationes sibi confisas habet, quas et a quo?
O XV Nunc jure advitalitio gaudebat et a quo sibi inscripto? Jure
advitalitio gaudebat a Celestina olim Principe Isabella Lubomirska
inscripto - gratiali qua prius in servitio existens - Actum ut supra
Sozanski Cæsarum judicialis Circuli Tarnopol: Lua testes subscribi-
mus Andreas Krajewski Justiciarius Domini Adalbertus Larski - Josef
Dobczynski Ad Excelsum C. R. Forum Nobil: Stanislavopol: Actus ob-
signationis post fata olim Josephi Larski subsequuta per Cæsarum judi-
cialem Sozanski Circuli Tarnopol: assumptus -

Observatur in actis liberum relinquendo partibus talem in registratura
inspicere vel per Copiam levare - Decretum in Concilio C. R. Fori Nobil:
Stanislavopol: die 21.^a Maji 1817. Anno.

C.



Plenipotencia

Vigore cuius ego infrascriptus meo Successorumque meorum nomine eligo
 et constituo Plenipotentem meum Magnificum Dominum Joannem
 Christiani J. U. Doctorem et Advocatum provincialem dan-
 do Eadem plenam facultatem causas meas omnes sive ex auctora-
 tu sive reatu pullulantes promovendi defendendi et ad debitum
 juris finem perducendi, juramenta omnis generis of- de- et
 referendi relataque acceptandi - documenta quolibet in- et ex-
 tabulandi - resolutiones et decreta levandi et de levatis quie-
 landi - Commissiones attendandi - Omniaque agendi, quae finis
 negotiorum meorum exegerit - nec non alios Plenipotentem
 in locum sui substituendi - Haecque omnia cum clausula
 rati, grati et indemnitati - In quorum fidem sequitur
 mea subscriptio - Datum Hrodysore die 1^o Junij 1844
 Josephus Larski

Qua Testis Stephanus Nesterowicz

B.

Handwritten scribble or mark in the bottom right corner.



Zarski

Inscriptus per Expressum Recognosco. Quia ad O.
 mnes Causas meas cum quibuscumque personis occasione qua
 numvis eger in quovis Subsellio, tum etiam in Excelso Nobi-
 lium Foro, atq; in Supremo Universali Appellationum Tri-
 bunali sive ex Auctoritate, sive Reatu meo invidentes, et inci-
 dendas, habitas, et habendas in meum Legitimum Plentem
Domum Nicolaum Alexandrowicz eligo, et inscribo, Dons, et
 Concedens eidem pro Plenti meo plenariam facultatem et omni-
 modam Potestatem Causas easq; et Actiones meas iudicarias
 instituendi, et intentandi, institutas, et intentatas proponen-
 di, promovendi, defendendi, Jureq; tuendo ad debitum finem
 et effectum deducendi, alios Plentes in Locum suum Substi-
 tuendi, Documenta intabulandi, Actus Commissionum
 attentandi, Ceteraq; munia legitimum Plentem de Jure
 Concernentia rite obeundi, et peragendi, Promittens, et
 Inscribens me cum Successoribus meis Actus dicti pro
 Plentis mei, et proprius Substitutor pro validis firmi-
 ter manentibus fore. Quam Plentiam pro Majori So-
 bore manu propria in Presentia Testium subscribo,
 ac Sigillis genuino Corroboro. Dat. Leopoli 12. Januarii
 1785. Jo. Josephus Zarski L.S. Impetratus Amicus
 Subscribo Ignatius Sobieszerawski L.S. Impetra-
 tus Amicus Subscribo J. Blichowski L.S. — " — "

Presentem Copiam cum suo Originali signato Imbro
 2da Classi conformem esse testor, Leopoli d. 5.bris 1787

Vigore Servientis mihi ser-
 vilitatis in Locum meum Numm
 Ignatium Witelkowicki praece-
 ribus Substituo. — " — "

Nicolaus Alexandrowicz

substitutionem hanc accepto
 J. Witelkowicki m. p.


Cop. Nuchowski

Post Habermann
 J. Witelkowicki

60 y 1/2 1784

N 27270

[Faint, illegible handwriting covering the upper and middle portions of the page.]



[Faint handwriting and markings on the lower right side of the page.]

ad Num 4304. ex Febr 1798
895.

Zarski

Commemorant sortem Creemchow ut lib. Har. 02.

p. 467. ex Basilij Zarski

19
M. G. G. G.

n. 27470. = 76 107.

Ad N^m 9124. pres. 26^{ta} Martii 836.
tab. 1582.

Commemoratur. Circuli Lathievren

Libr. Dom: 219. pag 120. n. 128. on super Kulawa
pag 152. n. 71. on super Lubella
pag 184. n. 35. on super Wiazowa

Ex contractu locati conducti cum Dno Casimiro et Antonina
Zarskie die 8^{ta} Julii 834. inito, jus ad sexennalem aren-
tatoriam possessionem bonorum Kulawa et partis bo-
norum Lubella Casimiri Zarski propriorum, nec non unius
medietatis boni Wiazowa Dni Casimiri et Antonino Zar-
skie conjugum proprio jure D. Ignatii Jaworski in
statu passivo eorundem bonorum Dom: 52. pag 112. n.
C. hor. tum Dom: 52. pag 244. n. 14. hor. nec non Dom:
83. pag 178. n. 9. et 10. hor. rependibilium, in tabulatum
esse nullaq onere gravari.


Non hypotheca obnoxia spectat ad proprietarios in
petito rite indicatos.

K. Ohanovich

Nro. 25,478.



præs. 16. Augusti 1834.



Prothocollon Commissionis in ordine deducendae liquiditatis et extricandae prioritatis inter Creditores bona Kulawa et particulas boni Lubella antea ad Florianum Stojanowicz spectantes, gravantes assumptum.

Resolvendo Prothocolla Commissionis in ordine deducendae liquiditatis et extricandae prioritatis inter Creditores super bonis Kulawa et particulis boni Lubella per olim Florianum Stojanowicz contractu cum D. Ignatio Nikorowicz concluso sibi reservatis, antea minorennis Mariannae Stojanowicz propriis in satisfactionem summae 3846 fl. 18 xr. Val. Vien. cum usuris per $\frac{5}{100}$ a die 11. Martii 1820 numerandis, per D. Josepham Com. Parys medio sententiae Caes. Regii hujus Fori Nobilium dto. 15. Junii 1825. Nro. 9482. contra olim Florianum Stojanowicz evictae, publicae Licitationi expositis per D. Casimirum de Zarski emtis, hypothecatos, ad pretium liciti in Summa 30010 fl. Mon. Conv. oblatum concurrentes, diebus: 7ma Novemb. 1833, 6ta Martii 1834, 10ma Julii 1834, tandem 16a Augusti 1834 assumpta ante omnia praemittitur: fundum ad quem iidem Creditores collocantur consistere:

- 1) in pretio liciti bonorum Kulawa ducta proportione pretii aestimationis ad illud publica Licitatione obtentum, summam 22,200 fl. $38\frac{1}{2}$ xr. Mon. Conv. efficiente, porro.
- 2) in pretio liciti superius expressarum particularum boni Lubella in mox mentionata proportione summam 7809 fl. $21\frac{3}{8}$ xr. Mon. Conv. efficiente

Accedendo ad collocationem ipsam.

I. Super praefato pretio bonorum Kulawa collocantur ante omnes Creditores

- 1) tributa aeraria pro triennio a 1ma Maii 1830 ad 30am Aprilis 1833 inclusive restantia et quidem:
 - a) titulo tributi fundalis pro anno 1830 quota 105 fl. $49\frac{1}{4}$ xr. Mon. Conv.
 - b) titulo eodem pro anno 1831 quota 214 fl. $38\frac{1}{4}$ xr. Mon. Conv. seu junctim quota 320 fl. $27\frac{1}{2}$ xr. Mon. Conv. juxta consignationem Caes. Reg. Cassae Circularis Zofkiewiensis dto. 23. Julii 1834 per Fiscum reg sub $\frac{7}{8}$ productam obveniens, per emptorem D. Casimirum de Zarski ad Depositum Caes. Reg. hujus Fori Nobil. pro re summi Aerarii intra 14 dies comportanda.
 - c) titulo vialium ex ansa executionis tributorum quota 2 fl. 8 xr. Mon. Conv. vi mox citatae Consignationis porro.
 - d) Quota 3 fl. 48 xr. Mon. Conv. titulo expensarum impressionis edicti elocationem proventuum bonorum Kulawa divulgantis juxta tenorem Mandati Caes. Reg. officii Circularis Zofkiewiensis dto. 15ta Novembris 1831 Nro. 11,782 per Fiscum reg. sub $\frac{1}{8}$ producti obveniens, attamen erga suppeditandam probationem has binas quotas, expensas Executionis tributorum pro tempore triennii superius indicati, restantium, concernere. — Hae binae quotae 2 fl. 8 xr. Mon. Conv. et 3 fl. 48 xr. Mon. Conv. usque ad probationem hanc adstituendam super bonis Kulawa assecuratae manebunt, qua suppeditata, pro re Fisci Regii ad Depositum Caes. Regii hujus Fori Nobilium comportandae erunt.
 - e) Titulo tributorum a subditis bonorum Kulawa pro anno 1832 tum pro 1mo quartali 1833 exactorum jam vero ad Cassam Circularem non comportatorum collocantur quotae: 57 fl. 6 xr., 2 fl. 20 xr., 62 fl. 32 xr. et 10 fl. Mon. Conv. seu junctim collocatur hoc loco quota 131 fl. 58 xr. Mon. Conv. juxta Consignationem Dominii Kulawa dto. 15. Maii 1834 tum Requisitionem C. R. Officii Circularis Zofkiew. dto. 11. Augusti 1834. Nro. 6448 per Fiscum reg. sub $\frac{3}{8}$ et $\frac{4}{8}$ productam, quae summa super bonis Kulawa assecurata manebit, et per D. Casimirum de Zarski pro re summi aerarii ad Depositum C. R. hujus Fori Nobil. comportanda erit, si Fiscus Reg. cognitione competentis Instantiae politicae in vires rei judicatae excreta probaverit, praemissarum quotarum resarcitionem Dominio Kulawa impositam haberi.
 - f) titulo tributorum a subditis bonorum Kulawa exactorum, ad Cassam Circularem haud comportatorum quota 134 fl. 56 xr. M. C. juxta Consignationem Ces. Reg. Cassae Circularis Zofkiew. dto. 23tia Julii 1834 per Fiscum sub $\frac{5}{8}$ productam obveniens, per D. Casimirum Zarski ad Depositum C. R. hujus Fori Nobil. pro re Summi Aerarii intra 14 dies comportanda, jam vero Summa 1358 fl. 40 xr. titulo tributi personalis in eadem Consignatione apposita ex hac collocatione exmittitur.

(a)

pro Domino Casimiro Zarski per ministerialem
requiritur.

- g) quota 1 fl. 28 xr. Val. Vien. seu 35½ xr. Mon. Conv. titulo contributionis pro aedificiis parochialibus juxta Mandatum C. R. Officii Circularis Zółkiewiensis dto. 27. Augusti 1832 Nro. 2476 per Fiscum sub ¼ productum obveniens per D. Casimirum Zarski pro re Summi Aerarii intra 14 dies ad Depositum Caes. Reg. hujus Fori Nobilium comportanda.
- h) quota 13 fl. 48 xr. Mon. Conv. titulo expensarum Commissionis in ordine revisionis tyronum militiae, vi Mandati Caes. Regii Officii Circularis Zółkiew. dto. 20. Decembris 1831 Nro. 14,626 sub 5/ producti obveniens et
- i) quota 8 fl. 20½ xr. M. C. titulo expensarum Commissionis pro revisione aedificiorum parochialium vi Mandati ejusdem C. R. Officii Circularis dto 14 Septembris 1831, Nro. 8662 obveniens, attamen Fisco regio incumbit probatio quotas 13 fl. 48. xr. et 8 fl. 20½ xr. M. C. pro tempore in triennium superius designatum incidens, obvenire interim vero utraque quota super bonis Kulawa et particulis bonis Lubella assecurata manebit. — denique
- k) quota 152 fl. 12 xr. M. C. e majori summa 300 fl. Mon. Conv. Dominio Kulawa titulo anticipationis in juvamina subditis praestanda vi in mandati praefati C. R. Officii Circularis dto. 1mo Junii 1831 Nro. 6226 sub 19/ producti assignata, restans, per D. Casimirum de Zarski pro re summi aerarii intra 14 dies ad Depositum C. R. hujus Fori Nob. comportanda. —

Collocatur itaque hoc loco simul juncta summa 768 fl. 13½ xr. Mon. Conv. in quota 608 fl. 10¾ xr. Mon. Conv. pro re Summi Aerarii ad Depositum Caes. Reg. hujus Fori Nobilium comportanda, in residuo 160 fl. 2½ Mon. Conv. super venditis bonis per D. Emtorem assecuranda.

Jam vero petito Fisci Regii ut etiam reliquae liquidatae praetensiones utpote Summa 1797 fl. 38¼ Mon. Conv. titulo tributorum pro tempore triennium supra statutum excedente restantium, tum quota 1 fl. 58 xr. Mon. Conv. pro Copiatione Inventariorum quota 10 fl. 4 xr. M. C. titulo contributionis pro aedificiis parochialibus nec non quota 75 fl. 30 xr. V. V. titulo expensarum divulgationis edicti respectu elocandorum proventuum bonorum Kulawa praetensa, ante omnes Creditores collocentur, denegatur.

M o t i v a.

Pretium liciti, fundum quosuper creditores cum suis praetensionibus collocantur constituens, repartitur supra enuntiata modalitate in fundamento puncti 6ti Conditionum liciti dto. 28go Decembris 1832 ad Nrum. 34698.

Ad a et b. — Super pretio bonorum Kulawa collocantur ante omnes Creditores tributa aerarialia pro triennio a 1ma Maii 1830 ad 30. Aprilis 1833 restantia, in quotis 105 fl. 49¼ xr. Mon. Conv. et 2¼ fl. 38¼ xr. Mon. Conv. nam Fiscus reg. supra citata consignatione Cassae Circularis Zółkiewiensis probat tributum fundale pro indicato tempore restare, proinde quotis his vi §. 122. Cod. jud. tum Decreti aulici dto. 16ta Septembris 1825 Nro. 2132. prioritas ante omnes creditores competit, praeterea liquiditas harum quotarum non contradicitur, nonnisi D. Gasimirus Zarski respectu prioritatis sedeclarans, quotam 2¼ fl. 38¼ xr. Mon. Conv. vi Decreti Praesidii Camerae aulicae dto. 10ta Octob. 1831 Nro. 3471 remissam esse sustinet, cum vero id non probetur, quota haec qua restans indicatur, Caes. Regio huic Foro Nobil. vero cognitio num quota haec beneficio quaestionis subjaceat non competat, hinc eadem collocari debet.

Terminus triennii assummitur a 1mo Maii 1830 ad 30. Aprilis 1833, quia solutio tributorum a die 1ma Maii 1833 utpote extraditi decreti Domini vi puncti 9ni praefatarum Conditionum, novo emtori incumbit.

Tenetur D. Emtor quotas has ad Depositum judiciale pro re Summi Aerarii comportare, quia pacificatio illarum e pretio liciti praestanda est, et Fiscus reg. se non declaravit, quotas has super venditis bonis assecuratas relinquere, aut illorum pacificationem e libellis Cassae parsimonialis super summa 700 fl. Mon. Conv. exaratis per D. Casimirum de Zarski ad Depositum hujus Reg. Fori sub 7. Julii a. c. pro re summi Aerarie comportatis, quaerere vellae.

Ad c et d. — Quotae 2 fl. 8 xr. M. C. tum 3 fl. 48 xr. Mon. Conv. titulo expensarum ex ansa executionis tributorum latarum supra ad c et d collocatae ex analogia Decreti aul. dto. 28va Julii 1796 eadem cum tributis prioritate gaudent, in quantum nimirum in executionem tributorum pro triennio quaestionis restantium impensae fuerant, secus vero, si tributis exequendis prioritas non competeret, etiam quotae illae hoc loco collocari nequirent. — Quare Fisco regio imponitur probatio hujus circumstantiae, interim vero utraquae quota super pretio bonorum Kulawa in securitatem Summi Aerarii assecurata manere debet, ejus enim comportatio ad Depositum nunc praematura esset, ac alioquin D. Casimiro Zarski in pacificationem ejus praetensionum obtinget si probatio exacta Fisco regio non succederet.

Ad e. — Quotae titulo tributorum a subditis Domini Kulawa exactorum superius ad e specificatae junctim 131 fl. 58 xr. Mon. Conv. officientes collocantur pariter ante omnes Creditores nam Fiscus reg. allegatis 3/ 4/ probat, tributa haec pro anno 1832 et 1mo quartali 1833 restare, adeoque ad mentem Decreti aul. dto 15ma Aprilis 1825, Nro. 2089 quo mediante tributa rusticalia exacta respectu quorum dominia cavent privilegiato jure pignoris gaudere declaratur, nihilominus cum D. Casimirus Zarski cujus illationibus D. Advocatus Kręchowiecki nomine partis jurevictae in toto accessit, intulerit,

Josephum Trembecki ad resarcitionem harum quotarum condemnatum esse, et in consignatione Nr. 3f. innuatur defectum circa ejus egressum e bonis Kulawa praevenum extitisse hinc. Fisco regio probatio imponitur, quod cognitio competentis Instantiae potitice vires rei judicatae nacta, prolata sit: Dominium Kulawa adejus resarcitionem tenei; interim Summa haec ad Depositum comportari non disponitur, sed super Kulawa assecurata manebit e ratione supra ad c et d adducta.

Ad f. — Ex iisdem motivis ponitur quoque hoc loco quota 134 fl. 56 xr. M. C. nam consignatione sub 5f. probatur talem a subditis titulo tributorum exactum ad Cassam Circularem vero, comportatam non esse, accedit, quod in eadem Consignatione provocetur notio Caes. Reg. Officii Circularis dto. 4ta Octobris 1832 Nro. 12446 et dispositio Caes. Regii Gubernii dto. 26ta Julii 1833 Nro. 43631 ut Nro. 6f. et 7f. prothocolli dto. 16ta Augusti 1834 quibus Dominio Kulawa solutio hujus quotae injungitur, haecque allegata nullum relinquunt dubium quaeestionis in superius dictum triennium incidere, quota haec pro re Summi Aerarii ad Depositum judiciale comportanda est, partim quia ejus liquiditas deducta habetur, partim vero e motivis superius catenus adductis, jam vero Summa 1358 fl. 40 xr. M. C. in eadem Consignatione titulo tributi personalis occurens, ex hac collocatione penitus exmittitur, quia tributum hoc medio Circularis dto. 8va Octobris 1829 Nro. 7600 penitus abrogatum, pro triennio hocce indebite liquidatur. —

Ad g h et i. — Quota 1 fl. 28 xr. V. V. seu 35¼ xr. M. C. titulo contributionis, pro aedificiis parochialibus, quota 13 fl. 48 xr. M. C. titulo Expensarum Commissionis in ordine revisionis tyronum militiae, denique quota 8 fl. 20½ xr. M. C. titulo expensarum Commissionis pro revisione aedificiorum, ante omnes Creditores collocantur, quia quae dationes Dominio de lege incumbentes tributis aequiparandae sunt, talesque obvenire allegatis Nro. 14f. 15f. et 16f. probatur, quod tangit quotam 1 fl. 28 xr. V. V. patet ex alleg. 15, ejus repartitionem Anno 1832 subsecutam esse, adeoque in triennium a die exarati Decreti domini incidere, eo ipso eadem quota ad Depositum judiciale comportanda, quoad reliquas binas quotas, Fiscus reg. probationem adstituere obligatur, easdem pro eodem triennio obvenire, quae interim super bonis emtis assecuratae manebunt.

Ad k. — Quota 152 fl. 12 xr. M. C. e majori 300 fl. Dominio Kulawa titulo anticipationis in juvamina subditis praestanda vi supra citati Mandati assignata restans, in fundamento Circularis dto. 10 Aprilis 1795 Nro. XXIV. Coll. Pill. tum ex analogia Decr. aul. dto. 12da Junii 1807 Nro. 814 pariter ante omnes creditores collocanda, et cum levatio integrae summae 300 fl. non negetur ad Depositum C. R. hujus Fori Nobil. comportanda est, — caeterum illatio D. Casimiri Zarski quotam hanc per Trembecki interversam esse, stante citata lege responsabilitatem Dominiis imponente, collocationem non excludit. —

Non collocatur hoc loco Summa 1797 fl. 38½ xr. M. C. titulo tributorum pro tempore triennium excedente liquidata, nam talis vi Decreti aul. dto. 16ta Sept. 1825, legali prioritare non gaudet. Idem valet de quota 1 fl. 58 xr. ex Anno 1826 de quota 10 fl. 4 xr. Mon. Conv. ex Anno 1824 tum de quota 75 fl. 30 xr. V. V. ex anno 1822 profuente.

2) Ponitur octava subditorum in Summa 2775 fl. 5 xr. M. C. pro securitate praetensionem subditorum bonorum Kulawa e nexu subditellae nefors profluentium, intra tres annos a die traditae novo emtori D. Casimiro de Zarski phisicae possessionis id est a die 8 Maii 1833 numerandos eo certius liquidandarum, ac secus Summa haec integra, vel pars ejus post pacificationem liquidatarum ac deductarum praetensionum subditalium residua, subsequis Creditoribus juxta prioritatem moderna collocatione assignatam cederet, interim vero summa haec e pretio liciti pacificanda super bonis his assecurata manebit. —

Siquidem juxta Patentale dto. 10. Julii 1798 Nro. 1030 et Decreti aulici dto. 4. Septembris 1813. Nro. 1070 praetensiones subditorum ex nexu subditellae profluentes etiam sine intabulatione legali hypotheca gaudent, quae tamen in spatio triennii sub rigore enuntiato liquidandae sunt. —

Non ponitur quota per Fiscum reg. liquidata, nam in eadem quoque octava pars pretii particularum boni Lubella continetur, quae tamen in separato mox inferius collocatur. —

Non disponitur depositio hujus quotae, quia alioquin nunc de praetensione quodam non constat, et quota haec, si nihil pro praeaggravationibus subditorum evinceretur D. Casimiro Zarski qua subsequo creditori obveniet. —

II. Super pretio particularum boni Lubella summam 7809 fl. 21¼ xr. M. C. collocantur ante omnes creditores.

1) tributa aerarialia pro triennio a 1ma Maii 1830 ad 30. Aprilis 1833 inclusivae restantia, et quidem titulo tributi fundalis pro anno 1830 quota 7 fl. 38¼ xr. pro anno 1831 vero quota 15 fl. 16¼ xr. M. C. seu junctim collocatur hoc loco quota 22 fl. 55¼ xr. M. C. per D. Casimirum de Zarski ad Depositum C. R. hujus Fori Nobil. pro re Summi Aerarii intra 14 dies comportanda, et quidem e motivis superius respectu tributor. super bonis Kulawa collocatorum ad a et b adductis. —

Quod tributa restantia triennium excedentia in Consignatione f. in quota 91 fl. 34¼ xr. M. C. indicata, valent ea, quae superius relate ad Summam 1797 fl. 38¼ xr. in qua eadem quota jam continetur, dicta sunt.

Jam vero tributum fundale pro anno 1822 in quota, 806 fl. 9 $\frac{3}{4}$ xr. pro anno 1823 in quota 646 fl. 56 $\frac{1}{2}$ xr. M. C. tum a domibus pro anno 1822 in quota 106 fl. 40 xr. pro anno 1823 in quota 71 fl. 47 xr. M. C. juxta consignationem sub Nro. 5/. obveniens, ante omnes creditores non collocantur e motivis superius quoad similia tributa de bonis Kulawa restantia adductis. —

2) Ponitur octava subditorum in summa 976 fl. 9 $\frac{7}{8}$ xr. M. C. pro securitate praetensionum subditorum sortis boni Lubella per Florianum Stojanowicz, contractu cum D. Ignatio Nikorowicz concluso sibi reservatae, e nexu subditellae nefors profluentium, intra tres annos a die traditae novo Emtori D. Casimiro Zarski phisicae possessionis id est a die 8. Maii 1833 numerandos eo certius liquidandarum ac secus summa haec integra vel pars ejus post pacificationem liquidatarum ac deductarum pretensionum subditalium residua subsequis creditoribus juxta prioritatem moderna collocatione stabilitam cederet, interim vero summa haec superparticulis boni Lubella assecurata manebit, collocatur haec quota e motivis superius ad 2dum adductis.

Praemissae quotae super bonis Kulawa et particulis boni Kubella collocatae, efficiunt simuljunctam Summam 4542 fl. 23 $\frac{3}{4}$ xr. hac a pretio liciti in concreto oblato scilicet a Summa 30010 fl. M. C. detracta remanet adhuc Summa 25467 fl. 36 $\frac{1}{2}$ xr. M. C.

Super hac residua Summa collocatur:

A. *Primo loco* pro re D. Casimiri Zarski summa 4000 fl. seu 1000 fl. V. V. vel reducendo juxta cursum $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ quota 400 fl. Mon. Conv. sine usuris originarie ut n. 2. on. pro re Joannis Stojalowski de praes. 26. Augusti 1792 ex post, ut n. 5. on. pro re Joannae Stojalowska dein ut n. 56. on. pro re Josephae Stojalowska porro ut n. 56. on. pro re Jacobi Weinreb super bonis Kulawa et Lubella intabulata per hunc vero medio Instrumenti dte. 17. Septemb. 1832 D. Casimiro de Zarski cessa et quidem summa haec collocatur sine usuris attamen erga deducendam liquiditatem, interim vero super praefatis bonis assecurata relinquenda. —

M o t i v a.

Summa haec probante Extractu tabulari tam pretii liciti quam etiam praefatorum bonorum proprietatem D. Casimiri de Zarski constituit, cujus prioritatem non controversa juxta concernens praesentatum collocatur, attamen erga deducendam liquiditatem utpote nec diserte agnitam nec probatam, interim vero quota haec e pretio liciti pacificanda super bonis assecurata relinquenda est. Usurae qua non liquidatae non collocantur Summa haec computatur in Val. Vien. nam spectato tempore a quo derivatur vi §. 12. Pat. finan. tum Decreti aul. dte. 13. Novemb. 1811 in V. V. obvenit.

B. *Secundo loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski Summa 20000 flp. seu 3846 fl. 18 xr. V. V. vel reducendo juxta cursum $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ Summa 1538 fl. 31 $\frac{1}{2}$ xr. M. C. originetenus ut n. 3. on. pro re D. Josephae Stojanowicz de praes. 1. Maii 1807 super praefatis bonis intabulata, medio sententiae C. R. hujus Fori Nobil. dte. 15. Junii 1825. Nro. 9482 ut n. 35 on. evicta, tandem medio Instrumenti dte. 20. Decembris 1831 D. Casimiro Zarski ut n. 54 on. cessa et quidem cum usuris per $\frac{1}{2} \frac{2}{2}$ a die 3tia Februarii 1827 ad 8. Maii 1833 numerandis, summam 481 fl. 19 $\frac{1}{2}$ xr. M. C. efficientibus, una cum executionis expensis in quotis 57 fl. 55 xr. M. C. 269 fl. 2 xr. M. C. Resolutionibus C. R. hujus Fori Nobil. dte. 8. Februarii 1832 Nro. 2892 dte. 10. Sept. 1833 Nro. 17768 applacitatis, collocatur itaq. hoc loco simuljuncta Summa 2346 fl. 47 $\frac{3}{4}$ xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti praefatorum bonorum compensanda.

M o t i v a.

Juxta superius citatos extractus tabulares inhaerebat praefatis bonis originalis Summa 120000 flp. in parte scilicet 80000 flp. Felicis Stojanowicz propria subseque LD. 52. pag. 113 n. 6. extab. extabulata in residuo 40000 flp. vero D. Josephae Stojanowicz ex post Com. Parys propria e qua etiam medietas extabulata, altera vero medietas medio superius provocatae sententiae evicta est, adeoque probata liquiditate, prioritatem non contradicta Summa haec juxta concernens praesentatum collocatur.

Usurae liquidantur quidem ab 11ma Martii 1820 ab hoc tamen tempore collocari nequeunt, quia sententia anno 1825 prolata eodem quidem intabulata, nihilominus juxta allegatum Nro 37 prothocolli dte. 7ma Novemb. 1833. ulterior executio scilicet detaxatio bonorum primum sub 3. Februarii 1830 petita et dein rite prosecuta est, adeoque vi §. XIV. Pat. tab. primum a triennio hanc diem praecedente poni possunt. Ponuntur nisi ad 8am Maii 1833 quia posteriores usurae, cum illis a pretio liciti vi puncti 3tii a die subsecutae traditionis scilicet 8. Maii 1833 obvenientibus compensantur.

Permitebatur quidem Sententia C. R. hujus Fori Nobilium dte. 15. Junii 1825. quotam 310 fl. V. V. ab usuris detruncari, haec tamen detruncatio hic non reflectitur, quia non omnes usurae ab 11ma Martii 1820 adjudicatae hic ponuntur, quota 310 fl. V. V. itaque ab antiquissimis usuris id est a Martio 1820 currentibus non autem a subsequis hic collocatis detruncanda venit, et ideo hic in computum summi nequit.

Executionis expensae vi Decr. aul. dte. 23va Julii 1796 eadem cum Capitali gaudent prioritatem praemissa Summa cum parte pretii liciti compensanda est, vi puncti 4ti conditionum liciti quo mediante statutum fuit, intabulatam praetensionem sine ulla differentia in quam partem pretii aestimationis intret, cum pretio liciti compensandam esse, hocve in fundamento D. emptor praetensiones suas medio declarationis dte. 27ta Aprilis 1833 petito de praes. 27. Aprilis 1833 Nro. 12727 adclusae in solum oblato pretii obtulit. —



C. *Tertio loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski Summa 40000 fl. seu 4524 fl. 53 xr. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2} \frac{2}{8}$ Summa 1809 fl. 57 xr. Mon. Conv. originetenus ut n. 4. pro re D. Friderici Gering de praes. 17. Julii 1810 subseque in fundamento sententiae Caes. Reg. hujus Fori Nobil. dto. 11ma Novemb. 1823 pro re illius haeredum tum D. Caroli Berndt. et haeredum Mariannae de Gering Rosenthal dein pro re Marci Beer Margules et Nathan Kolischer ut n. 27. 48. 36. 43. 46. 49. et 52 on. super praefatis bonis intabulata, per hosce vero medio instrumenti dto. 28va Novemb. 1832 ut n. 65 on. D. Casimiro de Zarski cessa, et quidem Summa haec collocatur cum usuris per $\frac{1}{100}$ a 18 Maii 1829 ad 8am Maii 1833 restantibus quotam 359 fl. 17 xr. M. C. efficientibus, collocatur itaque hoc loco simuljuncta Summa 2169 fl. 14 xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti praefatorum bonorum compensanda.

M o t i v a.

Summa haec juxta praemissa proprietatem D. Casimiri Zarski statuens, sententia evicta adeoque liquida, prioritatem non disputata, pro re illius juxta concernens praesentatum collocatur, usurae ponuntur in quanto adjudicato scilicet per $\frac{1}{100}$ attamen non a 9. Julii 1818 prouti liquidantur, quia ex allegatis Nro. 39. 40. 41. et 42. patet executionem tantum ad annum 1824 prosecutam fuisse, posteriores gressus non legitimantur, jam vero detaxatio bonorum Kulawa primum sub 18. Maii 1832 petita fuit quo stante usurae vi §. XIV. Pat. tab. nonnisi pro triennio nempe a 18. Maii 1829 restantes et posteriores usque ad 8. Maii 1833 nempe diem traditionis bonorum currentes eadem cum capitali prioritatem gaudent, posteriores vero e ratione superius allata non collocantur, ita quoque compensatio hujus summae cum parte pretii admittitur e motivo eatenus superius adducto.

Liquidatae litis expensae hoc loco non ponuntur qua eadem prioritatem cum capitali non gaudentes

D. *Quarto loco* collocatur pro re D. Casimiri de Zarski Summa 2000 fl. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2} \frac{2}{8}$ Summa 800 fl. M. C. ut n. 6. on. de praes. 20 Martii 1816 pro re D. Antonii Richter, intabulata per hunc D. Casimiro Zarski medio Instrumenti dto. 7ma Martii 1834 ut n. 73. on. cessa, Sententia Caes. Reg. hujus Fori Nobil. dto. 2. Julii 1823 Nro. 11170 evicta, cum usuris per $\frac{1}{100}$ a die 22da Septemb. 1825 ad 8vam Maii 1833 numerandis quotam 365 fl. 4 xr. M. C. efficientibus, tum executionis expensis in quota 4 fl. 30 xr. M. C. Resolutione C. R. hujus Fori Nob. dto. 24. Decembris 1823. Nro. 25317 adjudicatis. Collocatur igitur hoc loco simuljuncta Summa 1109 fl. 34 xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti praefatorum bonorum compensanda.

M o t i v a.

Liquiditas summae hujus probatur Sententia superius provocata, talis itaque prioritatem non disputata juxta concernens praesentatum pro re moderni proprietarii ponitur.

Usurae ponuntur in adjudicato quanto scilicet per $\frac{1}{100}$ idque a 22. Septembris 1825, quia ex allegatis per D. Advocatum Frank productis a Nro. 1. ad 6 colligitur executionem nonnisi ad Annum 1824 prosecutam fuisse, quae dein quievit, ulterior vero sub praes. 22. Septembris 1828 petita fuit, cum haec rite prosecuta extiterit, hinc usurae a triennio ultimum executionis gressum antecedente vi §. XIV. Pat. tab. collocari possunt.— Accedit quod D. Zarski cujus illationi D. Advocatus Krechowiecki nomine partis juraevictae accessit, nonnisi trienalis usuras collocari petit, anterioribus vero praescriptionem opposuit, ponuntur vero ad 8vam Maii 1833 e motivo eatenus superius adducto.

Executionis expensae 4 fl. 30 xr. M. C. vi praecitati Decreti aulici eadem cum Capitali prioritatem gaudent, non item liquidatae litis expensae — summa haec e motivo superius allato cum parte pretii compensanda est.

E. *Quinto loco* collocantur pro re D. Casimiri Zarski juxta praesent. 26. Septemb. 1816 sequentes quotae.

a) 9 fl. V. V. cum usuris triennialibus per $\frac{1}{100}$ numerandis quotam 3 fl. 13½ xr. V. V. efficientibus tum quotae.

b) 160 fl., 264 fl. 868 fl. V. V. sine usuris ut n. 39. on. pro re Georgii et Barbarae Macewicze relate ad Contractum 1. c. ut n. 7. on. conspicuum intabulatae, in unamedietate D. Stephani Szlachtowski ut n. 61 on. in altero vero D. Justinae Nowicka ut n. 69. on. propriae, tandem in fundamento Cessionum unius ex parte D. Szlachtowski die 30. Maii 1832 in rem Justinae Nowicka, tum alterius dto. 13. Januarii 1834 per eandem in rem D. Casimiri Zarski translatae super bonis praefatis intabulatae collocatur itaque hoc loco simuljuncta summa 1304 fl. 13 xr. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2} \frac{2}{8}$ summa 521 fl. 41¼ xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti compensanda.

M o t i v a.

Liquiditas praemissarum quotarum evincitur Sententia ut n. 39. on. intabulata, quarum prioritatem non contradicta eadem juxta competens praesentatum pro re moderni proprietarii collocantur, ponuntur usurae per $\frac{1}{100}$ in quanto adjudicato nonnisi a quota 9 fl. V. V. quia non probatur quoque a reliquis quotis usuras adjudicatas esse, e tabulari Extractu vero patet tales unice hanc quotam concernere, collocantur pro triennio, quia

(b)

non probatur executionem prosectam fuisse, posteriores usurae stante illarum compensatione supra mentionata non collocantur.

Quotae hae cum parte pretii compensandae sunt e motivo eatenus supra adducto, — Praemissae praetensiones super bonis Kulawa et particulis bonorum Lubella haerentes e pretio utriusque pacificandae, efficiunt simuljunctam summam 6547 fl. 17 xr. M. C. si haec a superius exposita summa 25467 fl. 37 $\frac{1}{2}$ xr. detruncatur remanet fundus in summa 18920 fl. 19 $\frac{1}{2}$ xr. M. C. super quo mox sequentes pretensiones unice bona Kullawa gravantes collocantur, et quidem

F. *Sexto loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski summa 1680 fl. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ summa 672 fl. M. C. cum usuris triennialibus per $\frac{4}{100}$ numerandis quotam 80 fl. 38 $\frac{1}{4}$ xr. M. C. efficientibus, originetenus ut n. 8. on. pro re Jossel Hammerling de praes. 28. Maii 1818 subseque e cessione ejusdem pro re Jacobi Arbeiter ut n. 17. on. ~~de~~ pro re Ignatii Nikorowicz ut n. 37 on. super bonis Kulawa et Sorte bonorum Lubella superius descripta intabulata ex hac subseque extabulata, tandem D. Casimiro Zarski medio Instrumenti dto. 24. Maii 1834 ut n. 75. on. cessa, collocatur itaque hoc loco simuljuncta summa 752 fl. 38 $\frac{1}{4}$ xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti venditorum bonorum compensanda.

M o t i v a.

Liquiditas hujus summae probatur praecitata Sententia sub Nro. 26 producta, talis itaque prioritatem non contradicta juxta concernens praesentatum collocatur pro re moderni proprietarii usurae collocantur per $\frac{4}{100}$ nam taliter adjudicatae sunt, et non nisi, pro triennio utpote executione non probata accedit, quod D. Casimirus Zarski, cujus illationibus Advocatus Krechowiecki accessit, anterioribus usuris praescriptionem opponat, posteriores vero non collocantur stante illarum compensatione cum illis a pretio liciti obvenientibus. Summa hoc loco collocata cum parte pretii compensanda est, e motivis superius hoc obtutu adductis. —

G. *Septimo loco* collocatur pro re D. Casimiri de Zarski Summa 320 aur. absque usuris seu reducendo unum aureum per 4 fl. 30 xr. M. C. summa 1440 M. C. ut n. 9. on. pro re Francisci Zischka de praes. 4. Julii 1818 intabulata subseque in quota 100 aur. ut n. 44 on. Nathanis Holiszer propria per utrumque eidem D. de Zarski ut n. 62. on. cessa, attamen erga deducendam liquiditatem, interim vero Summa haec super bonis Kulawa assecurata relinquenda est. —

Liquiditas non deducta nec diserte agnita probanda est usurae nec liquidatae nec intabulatae non collocantur.

H. *Octavo loco* collocatur juxta praesent. 12. Julii 1818 pro re D. Casimiri Zarski Summa 3731 fl. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ Summa 1492 fl. 24 xr. M. C. complanatione judiciali die 7ma Junii 1819 ad Nro. 13844 conclusa ut n. 23. on. intabulata, loco summae 5000 fl. ut n. 10. on. pro re Catharinae Gurgi de Oderfeld praenotatae aginta, in fundamento Decreti addictae haereditatis post eandem extraditi tum Cessionis dto. 11. Martii 1834 D. Casimiri Zarski ut n. 74 on. cessa, et quidem Summa haec collocatur cum usuris per $\frac{4}{100}$ a die 10. Martii 1831 usque ad 8vam Maii 1833 numerandis quotam 161 fl. 38 xr. M. C. efficientibus, collocatur itaque hoc loco simuljuncta summa 1654 fl. 2 xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti bonorum compensanda.

M o t i v a.

E tabulari extractu elucet liquiditas hujus praetensionis, quae prioritatem non contradicta pro re moderni proprietarii juxta concernens praesentatum collocatur. Usurae ponuntur per $\frac{4}{100}$ utpote quanto complanato, pro tempore a die 10. Martii 1831 quia e tabulari extractu patet ipsemetque D. Liquidans contendit usuras antiquiores scilicet ad 10. Martii 1831 caducas extabulatas esse; ponuntur ad 8. Maii 1833 e motivo superius eatenus adducto.

Occurrens sub n. 11. on. quota 150 fl. quolibet anno Catharinae Gurgi de Oderfeld ad dies vitae solvenda praecitata transactione obliquidata, ex hac collocatione exmittitur, quia quotae obliquidatae, quam etiam annua pensio ut oblig. ant. 16. pag. 225 n. 1. extab. e Tabulis etiminata sunt.

J. *Nono loco* collocantur pro re D. Casimiri de Zarski summae 4000 fl. et 300 fl. V. V. junctim 4300 fl. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ summa 1720 fl. M. C. ut n. 12 on. pro re Joachimi Kolischer de praes. 22. Septembris 1818 intabulatae, per hunc Joachimo Menkes ut n. 13. tandem ut n. 59. on. eidem D. de Zarski cessa, et quidem summa haec collocatur cum usuris per $\frac{4}{100}$ a 29 Julii 1832 ad 8. Maii 1833 numerandis quotam 53 fl. 19 xr. M. C. efficientibus, collocatur itaque hoc loco simuljuncta summa 1773 fl. 19 xr. M. C. cum proportionata parte pretii liciti praefatorum bonorum compensanda. —

E x m o t i v i s:

Liquiditas hujus summae evincitur sententia Caes. Reg. hujus Fori dto. 25ta Sept. 1832 talis prioritatem non disputata juxta competens praesentatum pro re moderni proprietarii collocatur. Usurae ponuntur per $\frac{4}{100}$ a die 29. Julii 1832 conformiter tenori sententiae petito ad Nro. 17768/1832 sub L adclusae. —

Non ponuntur posteriores e motivo superius eatenus adducto.

K. *Decimo loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski Summa 1609 fl. V. V. seu reducendo

do juxta cursum $\frac{1}{2}\%$ summa 640 fl. M. C. originetenus ut n. 14. on. pro re Jacobi Reimes, et Mosis Kirkus intabulata per hos vero ut 59 on. D. Casimiro Zarski cessa attamen erga deducendam liquiditatem utpote nec agnitum, nec probatum, interim vero summa haec super praefatis bonis assecurata relinquenda est, collocatur sine usuris nam tales nec liquidatae nec intabulatae sunt.

L. *Undecimo loco* collocantur pro re D. Casimiri Zarski cum prioritate de praes. 18. Augusti 1819 summae 436 fl. $4\frac{1}{2}$ xr. M. C. et 1242 fl. $53\frac{1}{2}$ xr. V. V. seu junctim summa 933 fl. $14\frac{1}{2}$ xr. M. C. pro re minorennium prolium olim Adami Stojanowicz ut n. 40. on. haerens per hos vero D. Casimiro Zarski cessa, et quidem sine usuris cum parte pretii liciti bonorum compensanda, porro praesalvantur hoc loco jura e responsabilitate olim Floriani Stojanowicz pro damnis praefatis prolibus causatis profluentia erga comprobandum quantum hoc titulo obveniens.

M o t i v a.

Summae praemissae quam etiam jura e responsabilitate collocantur pro re moderni proprietarii, nam liquiditas resolutione C. R. hujus Fori Nobil. dto. 12do Decembris 1827 Nro. 20092 petito ad Nro. 17768/1832 sub M producta probatur et prioritas non disputatur, nihilominus quantum e responsabilitate proveniens deducendum est usurae a summa praefata nec liquidatae nec agnitae non collocantur. —

In quantum vero mox mentionata praetensio ex nexu responsabilitatis, pro hic et nunc indeterminata, deducto ejus quanto pecuniario, residuum pretii liciti post detractionem praemissarum praetensionum remanens, non exhauriret, collocatur. —

M. *Duodecimo loco* pro re D. Casimiri Zarski summa 400 fl. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2}\%$ quota 160 fl. M. C. pro re Rndi. Athanasii Towarnicki de praes. 16. Augusti 1819 ut n. 16. on. intabulata eidem Dno. Casimiro Zarski cessa, ut quidem sine usuris utpote nec intabulatis nec liquidatis, attamen erga deducendam liquiditatem, interim vero quota haec super bonis assecurata relinquenda est.

N. *Decimo tertio loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski Summa 500 aur. de praes. 6ta Januarii 1820 pro re Judei Israel Males ut n. 18 on. intabulata, subseque ut n. 20. on. D. Eleonorae Stojanowicz per hanc vero ut n. 59. eidem D. Zarski cessa, summa haec numerando unum aureum per 4 fl. 30 xr. M. C. 2250 fl. M. C. efficiens collocatur cum usuris per $\frac{1}{100}$ a die 29na Julii 1829 ad 8am Maii 1833 numerandis quotam 337 fl. 30 xr. M. C. efficientibus, collocatur hoc loco simuljuncta summa 2587 fl. 30 xr. M. C. cum proportionata parte pretii compensanda.

M o t i v a.

Liquiditas hujus summae probatur sententia C. R. hujus Fori Nobil. dto 18va Sept. 1832 Nro. 23344, quare summa haec non disputata prioritate juxta competens praesentatum collocatur.

Usurae collocantur in quanto adjudicato per $\frac{1}{100}$ a die 29. Julii 1829 pro uti praetenduntur et in sententia agnoscuntur, vi §. XIV. Pat. tab. nam sententia anno 1832 prolata, praescriptio nulla intercessit, posteriores non ponuntur e motivo eatenus superius adducto.

O. *Decimo quarto loco* collocatur pro re D. Casimiri Zarski cum prioritate de praes. 13. Aprilis 1820 summa 5500 flp. juxta scalam mensis Januarii 1803 Summam 1057 fl. 39 xr. V. V. seu reducendo juxta cursum $\frac{1}{2}\%$ quotam 423 fl. 4 xr. M. C. efficiens, pro re D. Casimiri de Zarski ut n. 54 57 on. intabulata, et quidem quota haec collocatur cum usuris per $\frac{1}{100}$ a die 27. Martii 1832 ad 8. Maii 1833 numerandis, quotam 18 fl. $19\frac{1}{4}$ xr efficientibus collocatur itaque hoc loco simuljuncta summa 441 fl. 23 xr. M. C. in una medietate cum parte pretii liciti compensanda, in altera vero quoad liquiditatem probanda, interim super bonis Kulawa assecurata relinquenda.

M o t i v a.

Integra summa 5500 flp. intabulata est, pro re D. Zarski quoad prioritatem non non contravertitur adeoque juxta concernens praesentatum collocatur. — Medietas hujus summae medio praecitatae sententiae petito praefato sub Q adclusae evicta est, ideo liquiditas nonnisi quoad alteram medietatem probanda est usurae pro tempore ut liquidatae sunt, ponuntur in conformitate §. XIV. Pat. tabul.

Superius recensitae praetensiones 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. et 14. loco collocatae efficiunt simuljunctim summam 10382 fl. 6 xr. M. C. et unice onera bona Kulawa aggravantia concernunt, si haec a superius exposito fundo residuo . 18920 fl. $19\frac{1}{2}$ xr. M. C. detrahantur 10382 fl. 6 xr. M. C.

remanet Summa . 8538 fl. $13\frac{1}{2}$ xr. M. C.

Super hac collocantur:

P. *Decimo quinto loco* pro re D. Casimiri Zarski juxta prioritatem de praes. 31. Maii 1820 super bonis Kulawa et particulis boni Lubella pro re D. Eleonorae Stojanowiczowa ut n. 21 on. intabulatae per hanc vero medio Instrumenti dto. 27ta Junii 1819 eidem D. Zarski cessae summae 4000 aur. holl. tum 2000 aur. holl. et quidem

a) Summa 4000 aur. seu reducendo unum aureum per 4 fl. 30 xr. M. C. summa 18000 fl. M. C. cum usuris per $\frac{1}{100}$ a die 15ta Januarii 1831 ad 8vam Maii 1833 quotam 1666 fl. M. C. efficientibus.

(b*)

b) Summa 2000 aur. holl. seu reducendo unum aureum per 4 fl. 30 xr. summa 9000 fl. M. C. cum usuris per $\frac{7}{100}$ a die 15. Januarii 1831 ad 8. Maii 1833 numerandis quotam 1017 fl. 15 xr. M. C. efficientibus collocatur itaque hoc loco simul juncta Summa 29683 fl. 15 xr. M. C. cum parte pretii liciti, post pacificationem superius collocatorum praetensionum restante, compensanda.

M o t i v a.

Summae hae sensentia C. R. hujus Fori Nobillium dto. 12da Septembris 1832, Nro. 22061 evictae sunt, proinde de illarum liquiditatae, alioquin non contraversa nullum superrestat dubium, eadem proinde pro re moderni proprietarii juxta concernens praesentatum collocandae sunt. —

Usurae ponuntur in quanto adjudicato, et quidem a die 15. Januarii 1831 prouti nimirum adjudicatae et liquidatae sunt, in conformitate §. XIV. Pat. tabul. posteriores vero a die traditionis bonorum currentes non collocantur, e motivis superius eatenus adductis.

Instituto nunc computu omnium superius collocatarum praetensionum prodit Resultatum: quod quotae 4542 fl. 23 $\frac{5}{8}$ xr. ante omnes creditores collocatae summam 46612 fl. 38 $\frac{1}{2}$ xr. pro re D. Casimiri Zarski collocatam addendo, simul juncta summa onerum 51155 fl. 2 xr. M. C.

prodeat, taliaque etiamsi probatio liquiditatis, quod unam alteramve positionem non succederet, pretium liciti longe exhauriunt, unde necessitas ac seopus, subseque intabulatos creditores collocandi exulat. —

Caeterum declaratur quodsi una alterave e positionibus superius erga deducendam liquiditatem collocatis non evinceretur, quantum pro his positionibus collocatum, pro pacificatione positionum inferius collocatarum inservire debeat.

De his singuli creditores exceptis tamen illis, quorum praetensiones D. Casimirus Zarski adquisivit, informantur utpote: idem D. Zarski Fiscus reg. D. Stanislaus Koszowski, D. Eleonora Stojanowicz minorennis Marianna Stojanowicz Judeus Maras Post, Jossel Hammerling, Jeannes Michael Hoffmann, Carolina Hoffmann, Rosina Neudlein, qua haeredes Georgii Hoffmann, Josephus Trembecki D. Carolus Reuss, Fridel Kolischet, Susanna Schulz, nec non D. Advocatus Romanowicz, Curator creditorum ad actum constitutus. —

Leopoli die 27ma et 28va Octobris 1834.

Decretum in Consilio C. R. Fori Nobilium.

Vrabety

2. *A-834*

ad 3. Sump

st

proprietaria

*Deus in Consilio C. R. Fori Nobilium
die 27^{ma} et 28^{va} Octobris 1834*

J. J. J. J.

*5
3439*

Instr: 385 pag. 12. C. R.

av 29758

*56
424*

35

Præsentis resolutionis apud C. R. prior. Gas. Tabulas
Libro Intr. 385. pag. 12. ingrossata, in juris
fundamento ut Lib. Intr. 331. pag. 468. n. 1. act.
e pretio liciti bonorum Kutawa & partis Lu-
bella in suma 30010. fr. m. c. Dom. 135. p. 423. n.
127. on & Dom. 142. pag. 153. n. 69. on. intabulata-
inherentia eidem ut Lib. Intr. 331. pag. 468. n. 1.
ad 75. onera extabulata sunt. porro ut Dom. 135.
015. n. 3. act. idem restans pretium lous ut supradictum
intabulatum de bonis usdem extabulatum
est. Jam vero in fundamento presentis resolu-
tionis extabulato eodem pretio preservata quod
49014. 58 $\frac{1}{2}$ on. & 2630 fr. 38 $\frac{2}{3}$ fr. m. c. in statu passivo
bonorum Kutawa & partis Lubella tertio Lib.
Dom. 219. pag. 120. n. 124. on. intabulata sunt
Lopoli. do. 28. Apr. 835.

Cajetanus Mariae
Tabularialis: Registratus.

35642



vt
J. J. J.

56
1211

Ad N^o 4306. ⁹⁹⁶ p^o 8. februarii 1845.

Larcki

Commodus

Lini. Kujes

Sortem Rourum Perennica: ^{skla: cheka}
in Lib. Dom. 14. pag. 169. originarie ad
nomen Stanislai Labielski erectam,
distincto Corpore Lab. gaudere, ac pro
se ejus ut Dom. 14. pag. 170. n. 6. her.
intabulatae, — adpressus vero
teste Lib. Dom. 75. pag. 341. n. 7. her.
ex testamento utriusque voluntatis per
ditum Stanislaum Labielski die
5. Decis 1783. coedito, ad nomen
filii ejus Clementis Labielski ab
anno 1784. intabulatae ad nomen
hujusmodi proprietate.

D^r Michael Larcki pro proprietario
aliarum Sortium in Perennica ^{skla:}
^{cheka} distincta Corpora Lab. con-
stitutum, ut Lib. Dom. 298. p. 74.
n. d. & 3. her. cum pag. 94. n. 6. her.
intabulatus occurrat.

Lugly

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.